

Gli si offre in  
contraccambio,

e fa l'elogio dello  
Zabarella, per cui  
nutre un grandissimo  
affetto, così  
per le somme doti  
di mente, ond'è da  
tutti amato,

come, più particolareggiatamente, per i favori di cui gli è stato sempre largo;

sicchè, vedendolo accettato a quell'ottimo amico, molti altri, come ora il V., lo credono uomo dabbene, e così lo spronano a farsi sempre migliore.

Siano dunque loro due ringraziati entrambi,

ed il V. si serva  
di lui come meglio  
gli piacerà.

tentiam magnificam. sed haec de te<sup>(a)</sup> satis. quod vero ad me attinet, omni studio contendam ut, postquam totus meus es, ego itidem totus sim tuus<sup>(b)</sup>, et «par pro pari»<sup>(c)(t)</sup> referam. forte etiam praecurram, vel quod me anticipasti, vel quia dignus es qui a me plus ameris. venio ad cardinalem Florentinum, qui iussit quod<sup>(d)</sup> 5 me diligeres. semper hunc hominem<sup>(e)</sup> prolixe amavi et ante omnes excolui; multa sunt quae, ut ita faciam, me magnopere<sup>(f)</sup> impellunt: divina quaedam<sup>(g)</sup> in maximis rebus sapientia, humanitas, modestia, quae, ut multa alia, ita in eo summa sunt ut in nullo magis. sed quia haec omnes<sup>(h)</sup> trahunt ad diligentum eos in quibus ea conspiciuntur, non audeo me in ea re<sup>(i)</sup> aliis preferre. alia sunt multa eius in me officia<sup>(k)</sup>, quae privata<sup>(l)</sup> sunt. nam quod saepe de me optime<sup>(m)</sup> meritus est, quod mea causa non sua<sup>(n)</sup> me amat, quod te amicum<sup>(o)</sup> dedit, in hoc, ut mihi videor, solus triumpho, et, ut apud hominem amicum verum dicam, nulla alia re visus<sup>(p)</sup> 15 mihi ornator quam quod tali amico opinione fere omnium prope singulariter<sup>(q)</sup> utor. quae res, ut nuper te ipsum, ita saepe alias<sup>(r)</sup> multos mihi amicos fecit, cum sibi coniecturam faciunt eum non malum hominem esse, qui ipse ab optimo viro ametur. ego vero, et si illos errare videam, tamen hoc boni assequor<sup>(s)</sup> quod ea re studeo 20 melior in dies fieri. maximas itaque huic optimo patri nostro gratias habeo, tibi vero proximas<sup>(t)</sup>, qui me tantum sua causa amas. tu me quo pacto voles deinceps<sup>(u)</sup> ut te ipso utaris<sup>(v)</sup>, cum idem de te facturus sim, qui, illo<sup>(x)</sup> excepto quem dixi, neminem constitui in amicitia tibi anteponere<sup>(y)</sup>. vale. Patavii, pridie nonas 25 augustas 1414<sup>(z)</sup>.

(a) Tutti i codd. danno ad te (b) B P totus sum tuus C corr. sum in sim Ar V totus tuus sim M itidem tuus sim (c) B P C par pro pari M om. pro (d) V iussit ut (e) Ar V semper hanc orationem (f) M magnopere me (g) M divina scilicet (h) B quia hic omnes (i) B me inherere ma corr. nel margine in in ere, che è la lezione di C (k) Ar V M sunt eius in me multa officia (l) B pia P prius C priva (m) M om. optime (n) V mea tam non sua M mea causa non sua valde me (o) P om. in hoc amicum M te mihi amicum (p) Solo M reca sum (q) Ar V singulariter prope (r) M alias (s) P assequar (t) M permaximas, ma gli altri proximas (u) B P tu me, quod precor velis, definc. (v) M uteris (x) M sim, qui, illo, ma gli altri sum, quem illo (y) Ar antepoare V anteperarare (sic) (z) V augustas &c. Dopo 1414 il cod. di Chemnit; dà: Gasparinus pergamentis tuus.

(1) Cf. TER. Eun. III, 1, 55; CIC. Epist. ad fam. I, ix, 19.